

Sumere supplicium, duroque affigere ligno?
 At mihi si caeli concederet alma potestas
 Pro te nate mori; fatum crudele subirem
 Sponte mea. Si non potuit nisi triste piari
 Morte tua crimen veteram commune parentum,
 Me quoque dede neci, mecum partire dolores.
 Si mortale tibi divino in corpore quicquam est,
 Ipse mea de stirpe geris. Non famina pomis

Abstinet vetitis: pariter commissis laantur.
 Nec maternus amor mihi iam producere vitam
 Invisam moveat; quoniam solatia tristi
 Mors feret, & tecum nusquam comes ire recusam.
 Quid miseram sine te desertam nate relinquis.
 Iam mihi vita gravis, cui lux ablata dies est.
 Anxia sic Virgo secum, sic peccatore versat:
 Temperat at probitas animi (spe freta) dolorem.



TAU-

TAUTOLOGIA SEXTA.

AIT DOMINUS DEUS ISRAEL: LOQUENS
locutus sum. 1. Reg. 2. v. 30.

EXPOSITIO LITERÆ.



Pus presentis Pleonasmii difficile: caterum eius materia superat opus; siquidem multa continet inextricabilia, tam propria, quam incidentia, penè antilogica. Negotium cuncta facessent. Cessare iuvat, quia cura nocet: Nullo prorsum modo. Dicam cum Manilio 1. *Astronomici*, cap. 1. v. 80.

*Et labor ingenium miseris dedit: & sua quemque
 Advigilare sibi insit fortuna premedo.
 Seducta in varias certantur peccora curas:
 Sed quæcunque sagax tentando reperit usus,
 In commune bonum commentum leta dedere.*

Manil.

Argumentum igitur Tautologia: est de Sacerdotio in duabus familijs filiorum Aäron; Eleazari nimirum & Ithamari. Esti summi sacerdotis Heli (sub quo oblatum in Sanctuarium à genitrice Samuel, eius præfectura successit, ut videbimus) nobilis genealogia ab Ithamar; à nullo sanè refertur, nec constat è Sacra pagina: tantum ergo ex hac perspicue liquet ab Heli, quousque Pontificatus rediit ad familiam Eleazari in Sadoe: scilicet Heli, Phinees, Achitob, Achias, 1. Reg. 14. 3. Achimelech, frater Achias, cap. 22. 20. & Abiathar, qui à Salomone depositus, eò quod cum Adonia & Ioab conspirasset, 3. Reg. 2. 26. 35. ubi: *Rex Sadoe sacerdotem posuit pro Abiathar*. Series stirpis Eleazari, præscribitur 1. *Paralip.* 6. à v. 4. *Filij Aäron Eleazar & Ithamar, Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zaratiam, & Zaratias genuit Meraiotb: porro Meraiotb genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob: Achitob genuit Sadoe, & cætera, quæ nostro proposito modo non sunt opportuna.*

Genealogia
Heli.

Est Sadoe.

2 Hinc varia possunt excitari quaestiones. Prima, quando scilicet Heli ingressus obivit Pontificatum; cum illum usque esset in familia Eleazari, filij senioris Aäron; nec deficeret soboles, uti constat ex catalogo præfato? Philo Biblicus, ut vidimus *Tautolog.* præc. asserit Heli sanctum summo sacerdotio post Phinees, Eleazari filium: quod quidem ludicrum; etenim inter utrumque administrum intercesserunt anni trecenti iuxta supputationem Adrichomi in *Chronic.* *Stat.* 3. A destructione Gabaä, & ferè totà Tribu Benjamin, quo tempore senex vivebat Phinees (*Judic.* 20. 28.) usque in præfecturam Heli, signantur à Turfelino & Brietio, 334. anni. Idem numerus à Torriello *ann. Mund.* 2594. n. 6. & 16. A Genebrard. 299. à Sanctio hic n. 83. anni pauciores quadringentis: qua de causa plures, uti Lyra 1. *Paralip.* 6. n. 3. *Ibid.* Alapide, & 1. Reg. 2. 30. sequuntur Iosephum, qui lib. 5. *Antiq.* cap. 12. inquit: *Primus autem Elis ex Ithamari familia, pontificatum obtinuit: nam ante in Eleazari familia fuit hoc sacerdotium: ille enim Phinees id tradidit, quod mox filius, successor eius Abiezere filio suo Boccia reliquit: ab hoc Ozis filius eius accepit, post quem Elis sacerdotio potitus est: expulso scilicet à Sacerdotio Zaratia. Causa huius repulsæ hand pater ex Scriptura. Sanctus in 1. Reg. 1. n. 6. subdit: *Cum post aliquot sæcula Eleazari filij sacrum illud munus obirent negligenter, & res divina illorum incuriã aliquid quotidianè detrimenti caperet; translatum est sacerdotium ad posterum Ithamar.* Lyra 1. Reg. 2. n. 6. addit nepotes Eleazari Israelitis indulsisse idololatriam, aliaque peccata gravissima; quibus de causis à Deo expulsi fuere ab ampliore dignitate, & simul constitutus fuit Heli iudex & summus Sacerdos, manente Pontificatu in filijs Aäron, etsi ex alia*

Ioseph.

Sanctus.
 Electus à
 Deo Heli in
 summum
 Sacerdotem.
 alia

alia amula familia, putâ Ithamar, in qua florebat Heli, sanctus, ut ait Hieronym. in cap. 6. Epist. ad Ephes. eximijis, pluribus doctoribus commendabilis, & tunc commendatus: siquidem primus ex sacerdotibus index electus. Quo exploditur aliquorum Rabbinoꝝ assertionem Heli pontificatum furrripuisse; etenim munus habuit ordinatione divinâ, ut astruit Lyra in *Ruth*. 1. n. 1. constat quoque ex contextu Tautologia: illi enim dicitur: *Loquens locutus sum, ut doceris tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Domus tua*, idest, familia tua: quæ quidem si deficeret, haud sine honore; quoniam tunc fungeretur summo sacerdotio domus Ithamar patris tui, ex quo ducis originem. Si hæc dicta à Deo vel per Prophetam, vel per Angelum, ut placet Abulens. hic *quæst.* 22. & Sanctio; n. 95. perspicuo liquet, ab Heli minimè usurpatum summum Israelitarum sacerdotium. Addo, si textus attentè inspicatur, ex illo constare, Heli non fuisse primum Pontificem ex familia Ithamar: dicitur enim, *Domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo*. Iam videtur facta promissio de Summo Sacerdotio patri Heli, cuius meminit domus; quin possit intelligi, uti supr. v. 27. de domo Aâronis, quia in domo Aâronis semper fuit Pontificatus. Perperam Heli quibat ab alio furrripere dignitatem, cuius legitimus hæres, ut dicitur *Levit.* 6. 22.

3. Heli à Deo concessum Pontificatum, nemo sanæ mentis, præut arbitror inficiabitur: sed nec concedet, tunc fangi cœpisse officio, vel quando ab Ozi suscepit, ut placet Lyra; vel post Ozi obitum, ut astruit à Iosepho. Inter Phinees & Ozi tantummodo interfuerunt tres generationes, quæ quadringentos annos implere nequibant: cuncta nimirum tempora ludicium Israël, usque in obitum Samsonis; post quem Heli in Iudicem constitutus. Quinimò ex consequentibus videtur impossibile: igitur synchronus eius fuit Achitob, pater Sadoc, quem ex familia Eleazari (in odium Ithamari, ex qua erat Achimelech, quem cum alijs sacerdotibus interfecit) summum Pontificem constituit Saul. Inter Phinees & Achitob, ut constat ex textu sacro præfato, n. r. interfuere septem generationes. Unde perperam, sub, vel post Ozi, tertia generatione, quibat Heli potiri pontificatu; cum necdum natus, & septima à Phinees generatione vixerit.

4. Summi sacerdotis constitutio (omissis legibus tyrannicis ab imperio Herodis Aſcalonitæ, cui pro lege voluntas, usque in excidium Ierusalem; quandoquidem est ad libitum & commodum Pontificem eligeret, non solum regiam ac sacerdotalem Aſcalonitarum progeniem, & sibi sanguine iunctam, extinxit; sed & liberos, in quibus illorum ac ceterorum regum genealogia, sedulo combussit, impetrans à Romanis potestatem Pontifices constituendi, de quo Philo in *Breviar.* & cuius audacia etiam ad posteros transijt, dicente Iosepho de Herode eius nepote, Agrippæ fratre, Dynastâ Chalcidicis iuxta Libanum, lib. 20. *Antiq.* cap. 1. *Petijt à Cesare Claudio potestatem in templum & sacrum ararium, usque eligendorum Summorum Pontificum: impetravitque hæc omnia, ita ut etiam posteris idem eius ius manserit, usque ad belli Indæi exitum.*) constitutio (inquam) pridem penes Sanhedrin, idest, Concilium, Græc. *Synedrion*, ait Maimonides in *Halacha Cele Hammikdash*, cap. 4. *Pontifex fuit, qui omnibus præerat sacerdotibus: eamque dignitatem illi universus confessus septuaginta annis conferebat; in quorum iudicio, atque potestate totum hoc, quantum erat, positum fuit. Sed Herodes cum pleraque contra leges & mores maiorum gereret; creare Pontifices, amoverique, uti erat libitum, instituit:* subdit Petr. Cunæus lib. 2. de *Hebr. Republ.* cap. 1. & Ioseph. 17. *Antiq.* cap. 8. Matthiam depositum referit. Idcirco Serarius 2. *Reg.* 8. n. 10. asserit, vel Achitob, vel filium Sadoc (sacro sancto Achimelech, & fugiente Abiathare ad David) ab Eleazaræis sacerdotibus Pontificem institutum, non abnudente Saule. Abulens. loc. cit. *quæst.* 21. quem sequitur Alapid. arbitratur à solo Saule munus illi creditum: postque scimus à solo Salomone Sadoc constitutum & Abiathar à dignitate depositum: 3. *Reg.* 2. 35.

5. Hæcine munus summi honoris erat: igitur cum aliorum ministerium esset, vitæ timas cadere, immolare, thymiamata incendere, panes in mensa sacra apponere, lucernas candelabrij ignire; de quo *Exod.* 30. à v. 7. & *Levit.* 24. à v. 1. soli Pontifici omnia sacra & omni tempore obire, fas usque erat irrefragabile, uti notat Maimonid. quò dudum *cap.* 5. Insuper ad illum duxerat spectabat, uti primum nobilissimum munus, sanctio expiationis qua fiebat die 10. *Septemb.* cuius ritus videtur *Levit.* 16. illo ingrediente in Sacrarium, sive Sancta-Sanctorum, semel in anno, ut ibid.

1. Reg. 2. 30

Manil

Hæc Pontifex post Phinees

Herodis tyrannus

Ioseph.

Rabb. Maim. Electio Pontificis penes Sanhedrin. Cunæus.

Officia sacerdotum.

Et Pontificis Summi.

ibid. dicitur v. 2. *Exod.* 30. 10. & ad *Hebr.* 9. 7. Causam huius festi diximus in *Ephemerid.* die præfato. Pontifice ex qualibet familia filiorum Aâron, ceteri sacerdotes ex utraque domo ministrabant in Sanctuario, uti videbimus, n. 21. & 22. quo claret, quam præpositer dixit Iosephus (scribens aliquando vel somnium, vel quod primum occurrit) lib. 8. *Antiq.* cap. 1. *Et tempore, quo Pontificatus in Ithamari domo fuit, post Elim primum ex ea familia Pontificem, ex Phinees' gente privatam vitam egerunt hi: Iosephi (idest, Abisue, vel Abiezaris) Pontificis Boccias, & bulus Iothamus (qui Ozi, & omittit Zaratam) Iothami verò Marathus, & Marathi Aropheus (hunc superintexit genealogia ex Scriptura, ut vidimus, n. r.) Arophei Achitobus, cuius fuit Sadoc, qui primus Davide regnante Pontifex est creatus.* Si verba pendix, invenies non solum Heli à tempore Ozi (quod ille supr. n. 2. astruit, & cum illo alij) accepisse Pontificatum; sed etiam ab obitu Abisue, filij Phinees; siquidem ab hoc privatam vitam egerunt posteri Eleazari: quam sanè habere nequibant, ni Heli summum iam obiret Pontificatum. Rabbini modò aliquid novi dixerint, veritatem hocci faciunt. Promissio veritatis in Historiographis ad manum est: prolatio verò longè avolat. *De veritate autem* (dicit lib. 7. de *Bell.* cap. ult.) *confidenter dicere non pigebit; quòd eam solam scopum mihi per omnia, qua scripsi, proposuerim.* Aberravit à scopo.

6. Verùm considerandum quid Iosephus per vitam privatam intelligi cupit. Si intelligit vitam privatam, non habere summum sacerdotium; ludicrum est: quippequam cum unus tantum ex illis obtinere & tenere possit; reliqui sine illo munere privatam agerent vitam, quod falsum est: privata vita & Sanctuarij communia Sacerdotum ministeria, implicant. Privata vita est vivere sibi vel secum intra proprios Lares: & ut canit Manil. ubi sup. v. 78.

Nec credere vota Audebant, sed quisque satis se nosse putabat.

Quinimò nisi ob crimen, Summus Pontifex posteros Aâron nequibat expellere ab altari, ut dicitur, *Numer.* 18. 7. Si Levitis (qui dispersi in terra promissionis per loca tribuum, à quibus accipiebant decimas in vita subsidium) volentibus ministrare, fas non erat repellere; & ius, quòd in Sanctuario portionem ciborum eandem acciperent, quam & ceteri; ut prescribitur, *Deuter.* 18. à v. 6. qua lege removeri quibant Sacerdotes? Si expellerentur, illis mendicare necesse; quoniam nec vestigium pedis habebant in terra Israël, nec habere lege quibant: ibid. a v. 1. Et *Numer.* 18. 20. *Sacrificia Domini & oblationes eius comedent.* Hac de causa sufficiunt Levitis à toto Israël decimis ex omnibus, ut Sacerdotes Sanctuario servientes, præter oblata haberent in vitam necessaria; dicitur ibid. v. 26. *Primitias earum offerte Domino*, idest, decimam partem decimar: & *dote ea Aâron Sacerdoti*: nimirum in filiorum eius Sacerdotum usum. Unde, quantum auguror, per vitam privatam intelligit, ministeria Sanctuarij alijs sacerdotibus communia; in quo etiam fallitur, nam ut vidimus num. 4. Achitob Sadoci pater (vivente Abiathare ex familia Ithamar, habentemque secum Ephod pontificium) electus est Summus Sacerdos ab Eleazaræis. Deinde vel regnante Davide, qui Sadoc Pontificem creavit, Abiathar vitam privatam haud egit: dicitur enim 2. *Reg.* 8. 17. *Sadoc filius Achitob, & Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes.* Quid sit vita privata in Sacerdote, videbimus n. 20.

7. Ita textus facer, ex quo secunda, maiorque priore oritur difficultas; nimirum, quo pacto si Abiathar filius fuit Achimelech, 1. *Reg.* 22. 20. modò dicitur Achimelech filius Abiathar? Idem 1. *Paralip.* 18. 16. & *cap.* 24. 3. 31. Abiathar nominatur Achimelech: etiamque *Marc.* 2. 26. quòd factum sub Achimelech, à Christo dicitur, *Sub Abiathar principe Sacerdotum*. Aliquando in Scriptura filijs attribuuntur facta parentum, ut illud *Genes.* 50. 5. *In sepulchro meo, quòd fodi* (idest, quòd emi, sicut apud Oseam, 3. 2. *Fodi eam mihi quindecim argenteis.*) *mihi in terra Chanaan*: dixit Iosephus Jacob; cum conflet sepulchrum emipum ab Abraham, *Genes.* 24. à v. 16. Similiter dicere possumus, factum Achimelech tribui filio Abiathar. Dicere possumus, sed erit summa frigiditas: siquidem haud esset responsum, sed difficultatis effugium. Doctiss. Sanctius, n. 26. infit: *Achimelech, qui etiam dicitur Abiathar, filius Achimelech, qui etiam à familia communi nomine Abiathar dicebatur.* Nomen Abiathar insigne familie fuit, sive specificum inter domos Ithamar: quòd quidem (& mirum) nimirè probat: & astruere testimonijis proculdubio necessarium in textus expolitionem; ceterum prius excludenda sententia aliquorum, quos pupugit cupis Antilogia: ideò que

Ioseph

Nunquam ex Aâronis, à sacerdotio renovo.

Idem.

Manil.

Nec quibant removeri.

2. Reg. 8. 17

Filij attribuantur facta parentum. Gen. 50. 5. Fodere pro emere.

Sanctius.

que somniant quendam Achimelech, filium Abiathar, qui filius primi Achimelech, sub quo consuluit de fuga David, cum ex Scriptura eluceat, Abiatharem fugientem ad David, & suscipiunt a summo Sacerdote per Salomonem, haud alium filium habuisse se præter Ionatham. 2. Reg. 15. 36. Vide Malsend. in loc. cit. Antilogia. Etiam pro tendum Abalensis iudicium, notantis hic, quod 24. Abiathar patrem Achimelech, profugisse mortuo filio ad David, quem post tam in fugam, quam in regno, sum constituit sacerdotem, quousque fuit a Salomone expulsus; cum ex sacra pagina constet, quod filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad David. 1. Reg. 22. 20.

8. Dixi iam de huiusmodi questione, Tom. 4. Tautolog. 8. n. 21. Abiathar, qui iuxta N. Asseroris verbum, proculdubio princeps erat Sacerdotum, non erat in Nobæ, quod David consulem Dominum abijt; sed erat, ubi manebat Arca fœderis, quæ quidem ex quo perducta è Silo in castra contra Allophylos, separata fuit à Tabernaculo. Primum captâ fuit à Philisthæis, 1. Reg. 4. 11. postquam reducta in terram Israël in Cariathiarim, è domo Abinadab, ut placet Serario; iterum advecta in castra sub Saul. 1. Reg. 14. 18. Post à Davide translata tam in domum Obededom, 2. Reg. 6. 10. quam in arcem Sion: ibid. v. 11. ita ut post primam egressionem, nunquam collocata sub Tabernaculo Moysis. Tabernaculum itaque cum Arca fœderis fuit primum in Silo: 1. Reg. 18. 1. dehinc in Nobæ, ut dicitur August. & Genebrard. in Psalm. 77. 60. Aliquis placuit sine Arca: post in Gabaon; qua de causa Gabaon dicebatur Excelsum maximum, 3. Reg. 3. 4. 2. Paralip. 1. 3. ibique fuit usque ad Salomonis tempora quod quidem ab illo collocatum in templo super tabularum Sancti-Sanctorum, ut dixi, Tom. 3. Tautolog. 12. n. 40. quousque per Ieremiam Tabernaculum cum Arca inclusum fuit in spelancam Moysis, 2. Machab. 2. 5. Summus Sacerdos assidebat plerumque ubi erat Arca: filius verò minorve sacerdos, ubi Tabernaculum: sic igitur Achimelech filius Abiathar erat in Nobæ, quod Tabernaculum; & pater Abiathar, ubi Arca, utpote sacerdotum princeps. Sic igitur quando duo erant Pontifices Maximi, unus erat cum Arca fœderis, & alter cum Tabernaculo, ut patet in præfatis Abiathar & Sadoe, qui simul Pontifices sub Davide: igitur manente Abiathare in arce Sion, ac summo officio coram Arca; de altero dicitur, 1. Paralip. 16. 39. Sadoe autem Sacerdotem; & fratres eius sacerdotes constituit David coram Tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon. Hinc Heli genealogia sicinde texenda. Ab illo Phinees, à quo Achitob, & simul Ichabod, filij Achitob Achias & Achimelech, qui mortuo præmarure fratre, adhuc patre Achitob superstiti, munus Summi Sacerdotis susceperunt.

9. Quomodo ergo si Achimelech filius Achitob, hic dicatur à Christo Abiathar & Sacerdotum princeps; discernendum modo. Achitob dictus est etiam Abiathar, non nomine, sed cognomine, vel agnomine: cognomine in distinctione familia Ichabod, agnomine, quia adhuc Samuele Iudæe, & aliquando sacerdotio fungente, Summus, ac Maximus esset Pontifex, secum habens Hieraticam stulam, seu Pontificium Ephod. Unde cum ex familia Heli, occisis patre & patruo, quasi per miraculum vitæ frueretur; obrento Pontificatu, dictus est Abiathar: id est, Pater superfluus, ut ait Hieronymus de Nomin. Hebr. ex lib. 1. Reg. vel Pater residui, aut remanentis, sive Pater suaniculi; ut interpretatur Nomenclator Nomin. Hebræicæ. & Chaldaicæ. quasi ille solus (quippe Ichabod parvulus) residuus ex illa illustrissima familia in Sacerdotium summum, & à quo tanquam à trunco alij; filij scilicet, quasi rami florerent in avito munere. Sic igitur ut vidimus ex Iosepho, n. 5. Abiathar nominabatur Ioseph, & etiam cognominatus Abiezer in excellentiam & agnomen: quasi qui nomine Ioseph, Pater esset abij, id est, Tabernaculi: vel Pater exclamtionis, & plausus; uti apud Nomenclatorem invenies. Usquequaque similia inveniuntur in pagina Sacra. Achitob, qui agnomine ac causa honoris, dictus Abiathar, non erat in Nobæ, quando per filium Achimelech David profugus consuluit Dominum: igitur erat cum Arca, alias à Saul. interiret, sicut filius Achimelech, qui cum alijs erat in Tabernaculo: proptereaque optime quadrat, quod cum officio Summi sacerdotis in Tabernaculo fungeretur Achimelech; historia David contrigerit sub Achitob, qui Abiathar, principe Sacerdotum.

10. Abiathar autem, de quo dicitur, quod simul cum Sadoe erat sacerdos Summus, non est ille prior Abiathar, qui nomine Achitob, seu apertus Achitob, cognomine Abiathar; sed nepos, utpote filius Achimelech, filij Achitob: qui quidem Achime-

Migratio- nes Arce.

Et Taber- naculi.

Genealogia Sacerdotum ex libamar.

Abiathar- agnomine, ali- quando su- gnomen, vel agnomine.

melech, etiam dictus est Abiathar, quoniam huiusmodi cognomen erat insigne familia, ut vidimus ex Sanctio, num. 7. Abiathar autem filius Achimelech, dictus est etiam cognomine Achimelech, & proprio nomine Abiathar: 1. Reg. 22. 20. Aliquando in Scriptura signatur nomine; ut hic, & cap. 15. 24. 35. & 36. aliquando cognomine; ut 1. Paralip. 18. 16. & cap. 24. 3. & 31. Unde liquet Antilogia sine contradictione. Abiathar ergo erat filius Achimelech: & 2. Reg. 8. 17. Achimelech dicitur filius Abiathar; quia hic tam filius, quam pater describuntur cognomine, & 1. Reg. 22. 20. signantur nominibus proprijs: ideo hic expresse dicitur: Filius Achimelech, cuius nomen erat Abiathar. Si illi Abiathar nomen, dum nominatur Achimelech, non utriusque nomen, sed cognomen. Idem de patre Achimelech: si hoc illi nomen, 1. Reg. 21. 11. & cap. 22. 9. 12. & 14. & dicitur etiam Abiathar, Abiathar erit cognomen; & neutiquam nomen. Ex qua genuina solutione oritur alia expositio in illud Christi: Sub Abiathar, principe Sacerdotum, quin dividamus personam in Arca & in Tabernaculo, ut supr. n. 8. eundem quod factum sub principe Sacerdotum cognomine Abiathar; idem est, quod sub Achimelech, qui ita proprio nomine vocabatur, sicut vocabatur Abiathar cognomine, vel agnomine. Sæpe inter nos usus cognominis vel agnominis pro nomine, quod quidem è Romanis emanavit; apud quos nomina personarum intelligebantur, dicentes, Scipio, Cato, Cicero, Plancus; quæ cognomina: & per agnomina, Africanus, Torquatus, Britannicus. Vide Golt. in Fastis, & Panvinium.

11. Hac etiam expositione uti germana, diluuntur aliquot difficultates incidentes scilicet, si duo tunc Sacerdotes Summi, apud quem vestis sacra? At hoc infra, numer. 18. Deinde: Primarium munus Pontificis Maximi, ut vidimus, numer. 5. fuit Sanctuarij expiatio quotannis semel. Uter horum facturus? Alteruter sine dubio; verum quis? Signabimus numer. 12. & 17. Præterea: Expiatio non solum erat Sanctuarij, sed & Tabernaculi, altarium Thymiamatis, & Holocaustorum, Candelabri, & panum Propositionis mensæ; ut dicitur Levitic. 16. 20. Imò Paulus addit: Tabernaculum, & omnia vasa ministerij; de quibus, Exod. 25. 29-3. Reg. 7. 50-2. Paralip. 4. 22. quæ relictis notis, studioso Scripturæ & antiquitatis delicabo. Thymiatéria (Nosstrates Bates aut Pomoi) erant vasa elegantis formæ & operis ad Thymiamæ & odores, sive species aromaticas servandas, Creagra, fuscicula, furculæ, vel tridentes. Amula, hydryæ seu amphoræ, ad modum stule. Phiala, vasa rotunda ad recipiendum victimarum sanguinem: Vernaculæ: Tembladeras. Aliquando dicuntur Mortariola, adinstar crateræ, quippe in illis paratum vinum iuxta mensam panum Propositionis, si fundendum in sacrificijs, auxiliandum. Acetabula, calices exigui: Hispan. Tazas; Turibula præter communem significationem, calices erant grandiores (q. d. Copas) ad libationem vini. Scutria, patellæ: Escudillas. Lebetes, vasa adinstar ollarum; ad cineres ex altare Holocausti tollendos. Cyathi, vasa minora acetabulis, quum necessaria non esset maior vini copia. Denique Forcipes vel erant emundatoria ad lucernarum favillas, vel ad prunas sine lesione capiendas. Consulens. Alapid. Sanctium, Caietan. Maluend. loc. citat. & insuper Riberi. de Templo, lib. 2. cap. 22.

12. Hac omnia, aliaque cum Tabernaculo, Sanctoque Sanctorum expianda per sanguinem. Si Tabernaculum aliaque utensilia non erant ubi Arca, ut vidimus, & constat ex 2. Paralip. 1. 3. quo loco dicitur: In excelsum Gabaon, ubi erat Tabernaculum fœderis Domini, quod fecit Moyses: & v. 5. Altare quoque æneum; quomodo fiet dispersorum stato die expiatio simul præscripta? Omnia purganda simul: Sanctuarium, Tabernaculum & Altare. Levit. 16. 20. Quo pacto una omnia, si locis diversis, ac distans collocata? Facilis in quaestionem extricatio. Tamen Tabernaculum, altare & alia in sacrum ministerium utensilia, sine Arca fœderis fuerint; nunquam Arca fœderis sine Tabernaculo, Altari, & reliqua supellectile, pretiosiore priore. Adificavit David locum Arca Dei, tetenditque ei Tabernaculum; dicitur, 1. Paralip. 15. 1. & cap. 16. 1. Attulerunt Arcam Dei, & constituerunt eam in medio Tabernaculi, quod tetenderat ei David; & obtulerunt holocausta & pacifica, coram Deo: quod sine altari, impossibile prosum. Idem, 2. Reg. 6. 17. & 2. Paralip. 1. 4. Pater ex apparatus ministeriorum, ex metallorum congerie, 2. Reg. 8. à v. 7. & 1. Paralip. 22. à v. 14. Unde præter facta à Moysè & Davide, alia ad idem pretiosiora & angustiora fecit Salomon, quum perfecit templum: & illa vetera, post pompam in translatione Arca fœderis in Oraculum, cum ceteris quæ sanctificaverat David, intulit ac reposuit in thesauris domus Dei.

Cognomina & agnomina aliquando pro nominibus.

1. Reg. 22. 20.

Marc. 2. 26.

Hebr. p. 21.

Que vaso minoris Sanctuarij?

Lev. 16. 20.

Et si aliquando Tabernaculum sine Arca, nunquam Arca sine Tabernaculo.

3. Reg. 7. 5. & 2. Paralip. 5. 1. Quo lucem accipit illud: *Portaverunt Arcam Domini, & Tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij, quæ erant in Tabernaculo.* Arcam Domini, in locum suum, in Oraculum templi, in sanctum-sanctorum subter alias Cherubim: ut dicitur, v. 6. cætera verò collocarunt in tabulato, quod erat super Oraculum: igitur illudusque, *Tabernaculum Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum erat in Gabaon:* verum, cum dicitur: *Tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij, quæ erant in Tabernaculo;* non intelligendum de Tabernaculo & altari, cæterisque vasis, quæ erant in Gabaon, ut perperam Ribera, lib. 1. de Templ. cap. 2. sed de Tabernaculo & eius divite supellectile factis à David, dum collocavit fœderis Arcam in Arce Sion. Sic enim nullum est dubium circa Pontificem, facturum expiationem: ille profectò ex lege iurè facturus, qui haberet Arcam & Tabernaculum, altaria & cætera quæ expianda. Ubi verò Tabernaculum & reliqua sine usu respectivè ad Arcam, hand indigebant expiatione. Huiusmodi ritus præscripti, Levitic. 16. 16. ut *Sacerdos Summus expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorum Israël: iuxta hunc ritum faciet Tabernaculo testimonij.* Sine Arca non erat Sanctuarium, cum per illam & propter illam cætera sacra essent. Unde si Arca in Arce Sion habebat in ornatum & cultum, quidquid propter illam Moyse in deserto deceretur; arbitrò, quæ in Gabaon, aut alibi essent, nullo modo unquam purganda, quippe sine usu in præscripta ministeria.

13. Cæterum dices: Tabernaculum & altare æneum, idest holocaustorum, erant, ut diximus, in Gabaon usque in Salomonis tempora, tanto cultu & reverentia, ut David constituerit *Sadoc Sacerdotem, & fratres eius sacerdotes coram Tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon, ut offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis iugiter, manè & vespere, iuxta omnia, quæ præscripta sunt in lege Domini.* Ibi videtur esse cultus, & ex lege: quod etiam liquet, factò sacrificio à Davide per sacerdotem in arca Ornam Iebusei: dicitur enim ibid. *Tabernaculum Domini, quod fecerat Moyses in deserto & altare holocaustorum eà tempestate erat in excelso Gabaon; & non prævaluit David ire ad altare, ut ibi obsecraret Dominum.* Maluend. & Caietan. asserunt, ordinarij Dei cultum, quousque templum erectum, fuisse in Gabaon, extraordinarium autem in arce David: quibus suffragari nequeo: igitur iuge sacrificium & reliqua ministeria fiebant ampliori solemnitate in arce, quam alibi: si de cantoribus, ac instrumentis musicis curat & sedulo, de quo tot. cap. 16. ea quæ lege negligenter? Utrique arbitrò David impensè consulit: Arca loco, ut pat erat: Tabernaculi loco propter avitam venerationem, maximè, quia ibi altare destinatum in holocausta, etiam aliud haberet in Sion: aliàs nullam sacrificium, vel holocaustum, ubi erat Arca: quod quidem falsum omnino, ut liquet ibid. v. 1. & 2. Reg. 6. 17. *Sacerdotium* (infit Alapid. 1. Paralip. 16. 39.) ac Pontificatum inter eos ita divisit David; ut *Abiathar Pontificatu fungeretur in Ierusalem, ubi erat Arca: Sadoc vero in Gabaon, ubi erat Tabernaculum à Moyse fabricatum.* Ordinarij igitur cultus Dei erat in Ierusalem, ubi fœderis Arca; & extraordinarij, seu supererogationis, in Gabaon: & hic etiam propter Arcam, quam aliquando continuerant. Misor Alapide memoria lapsus. Atruit 2. Reg. 8. 17. ariditque sententia Doctis. Sanctio, numer. 26. (quis tam consummata sedulitatis pervigilis, cui non somnus interdum in longa obrepit commentatione?) Sadoc fuisse summum Sacerdotem ac primarium, cuius vicarius Abiathar. Semper Abiathar fuit primarius, quousque à Salomone expulsus. *Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar:* dicitur 3. Reg. 2. 35. Vel vivente Davide, qui inter eos Pontificatum divisit; primarium fuisse patet ex testimonio præfato. Si Sadoc manebat, ubi tabernaculum, & Abiathar ubi Arca, & primas erat Abiathar: non Arca propter Tabernaculum, sed e contra. Quare si apud Arcam sacerdotioungebatur Abiathar, & apud Arcam, quod fuerat, Tabernaculum Sadoc; ille, non hic notescit primarius Pontifex.

14. Hæcine videbuntur fœcidi & obruta, & sterilia; ac studioso Scripturarum suaviora. Ne hic caspiter, necessarium operæ duxi, exponere difficultatem ex di-gis obviam. Lege prohibentur *Excelsa*; idest, altaria in locis editis, seu excelsis, quoniam redolebant ritus Ethnicos, & fabulas Poëtarum de Dijs lucorum & montium: ut dixerunt Syri de Deo vivo & vero, qui fecit caelum & terram, 3. Reg. 20. 23. Unde quælibet condensa existimabant Deorum habitacula, vel sacrabant, ibi venerantes Numina.

Multa Arce tabernaculi.

Icy. 16. 16.

Ubi expiatio Sanctuarij, separato Tabernaculo ab Arca?

1. Paral. 16. 39.

Cap. 11. 21.

Cultus ordinarius Dei sub Davide, ubi erat Arca. Alapid.

Abiathar primarius Pontifex.

Excelsa Hebræi prohibita.

Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducti; Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis. Iam tunc religio pavidos terrebant agrestes. Diva loci: iam tum silvam, saxumque tremebant. Hoc nomen, hanc (inquit) frondoso vertice collem (Quis Deus incertum est) habitat Deus.

Canit Virgil. 8. Aeneid. à v. 347. de quo diximus, Tom. 3. Tautolog. 5. num. 16. & usque: quaque Sil. Italic. lib. 12. de Bell. Punic. quem videris à v. 125. & 336. Apud Chanaanos frequens lucorum usus, & Excelsorum sacrilega veneratio; qua de causa Deus toties monuit Hebræos, aras subverti, lucos flammari, ac simulachra conteri: Exod. 34. 13. Deuter. 7. 5. & tot. cap. 12. quo intuitu ibid. v. 13. dicitur: *Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in eo quem elegerit Dominus.* Hinc dubium: locus, quem iam elegerat Dominus erat arx Sion, ubi in eius Arca colebatur: extra locum fas non erat immolare, maximè in Excelsis: quo ergo iure David adire quibat sacrificatum in excelso Gabaon; imò illuc mittere Sadoc Pontificem summum, ut quotidie faceret? Præterea: de Salomone dicitur, 3. Reg. 3. *In Excelsis immolabat, & accendebat thymiama: abijt itaque in Gabaon, ut immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum.* Cuncti Expositores improbant & exprobrant Salomoni victimas, ac sustitit in Excelsis, iuxta leges præfatas, etiam fierent sacrificia in honorem veri Dei: quare optime Caietan. hic inquit: *Non tam licita, quam impunis erat immolatio in Excelsis, prohibita in lege Moysis.* Sanctiusque integerrimo iudicio: *Non possum (ait, num. 18.) ut maximè cupiam, Salomonem à culpa liberare, cum immolasse dicitur in Excelsis, & accendisse thymiama.* Si deliquit Salomon, deliquit etiam David, qui sacrificare quotidie iussit in Excelsis Gabaon. Quomodo igitur verum illud Eccli. 49. 5. *Præter David, & Ezechiam, & Iosiam, omnes (Reges Iudæ) peccatum commiserunt?* Quod profectò respectivè ad reges hosce, qui Excelsa abtulerunt, 4. Reg. 18. 4. & 23. 8. non aliud, nisi in Excelsis sacrificia, uti statuimus, Tom. 3. T. 7. n. 8.

15. Emergemus herclè è pelago prementis arctè argumenti. Nunquam David, nisi speciali Dei inspiratione (ut contigit tempore pestis, 2. Reg. 24. 25. & clarius, 1. Paralip. 21. 18. ubi: *Angelus Domini præcepit*) extra locum à Deo designatum immolavit. Nonnunquam vel ubi Arca, vel ubi Tabernaculum; quippe utrobique licitum. Ubi Tabernaculum, patet in Nobe, cum Arca educta hinc in castra Saulis, 1. Reg. 14. 18. Haud quia Arca post captivitatem nunquam inclusa in priore Tabernaculo, cessarunt sacrificia quotidiana, & solemnia vel in Silo, vel in Nobe, quò deductum Tabernaculum, postquam Arca deposita in domo Abinadab, ut ait Briet. ann. 2941. Ibi que mansit plusquam annis viginti, uti oberbant Expositores ad illud: *Multiplicati sunt dies: erat quippe iam annus vigesimus.* In Arca conspectu sine ullo Tabernaculo claret licitum sacrificium in eius translatione è domo Obededom: igitur è sexto in sextum passum portantium illam, immolabatur aries cum bove: 2. Reg. 6. 13. In Excelsis verò nunquam ab illo immolatum, imò verò nec passus, habens habenas regimulius, quemquam sacrificare in Excelsis, uti observat Sanctius hic n. 19. Iccirò dum dicitur allusivè ad regnum David, priusquam Salomon adiret Excelsa, 3. Reg. 3. 3. *Attamen populus immolabat in Excelsis;* aliqui apud Maluend. legunt: *Tantummodò populus immolabat in Excelsis: idest, in his duobus, Gabaonitano & Ierosolymitano;* quia hic Arca, ibique cum altari Tabernaculum: cui lectioi haud attendendum; quippe populo, etiam perperam, videbatur, ante templi fabricam, posse ubique (maximè in Excelsis) illum Domino exhibere honorem, ut placet Lytano: de quo consule Serarium, in Iudic. cap. 6. quæst. 11. & Abulenf. in 1. Reg. 7. à quæst. 35. Aliud solidius fundamentum occurrit in confirmationem proserptionis Excelsorum à Davide: siquidem dicitur de Salomone: *Ambulans in præceptis David patris sui, excepto, quòd in Excelsis immolabat, & accendebat thymiama.* Inter Davidis præcepta, hoc unum, inhibitiò Excelsorum, quod minimè observavit Salomon: etenim antequam in Gabaon ascenderet, iam pererraverat per alia atque alia Excelsa, in quibus populus immolabat, nec exauditus est à Domino, quousque transivit in Excelsum Gabaon, quò licitum erat immolare; nam apud legitimum Tabernaculum & vetus holocaustorum altare manebat Sadoc: inquit Serarius in 2. Reg. 8. num. 10. Dum ergo dicitur Salomonem deliquisse sacrificando in Excelsis; haud intelligendum de Excelsis Gabaon, sicut nec intelligi quibat de Excelsis, ubi erat Arca.

Virgil.

Deuter. 12. 13.

3. Reg. 3. 31.

Caietan.

Sanctius.

Eccli. 49. 5.

Tom. ad pris cum Tabernaculum, quam ad Arca cum quibat sacrificari.

1. Reg. 7. 21.

David nunquam sacrificavit in Excelsis.

Maluend.

3. Reg. 3. 3.

Serarius.

Salomon pro pensis in Excelsis. Caletan.

Et fert Reges Iudæ.

1. Paral. 24. 3.

Incommoda contra legem ex duobus Pontificibus Maximi.

Lev. 6. 22.

Cap. 16. 32.

Num. 35. 25.

1. Paral. 24. 3.

Vices duorum Pontificum quales.

Electio Vicarii Pontificis, quando in Synagoga.

Maimonid.

Iosephus.

ca in civitate David : solummodo exprobrantur immolationes in Excelsis alijs. Ni dicas ingeniosum cum Caeterano hic, Salomonem deliquisse, haud quia in Excelsis erat Tabernaculum & altare ; sed quia sub utriusque venerabili specie, Excelsum tantum querebat. Nisi desecrabilis fuisset (inquit Salomoni, immolare in locis excelsis, non attulisset Scriptura hanc rationem excelsitudinis loci ; sed ex Tabernaculo Domini & altari ibidem. Ex opposito David : haudquaquam optavit ire in Gabaon, & ibi sacerdotem Maximum Sadoc constituit, quoniam celebrius Gabaoniticum Excelsum ; sed quia illo in Excelsis erat Domini altare, ac Tabernaculum. Pro illo tunc non erat designatus locus in templum Domini, quum ille post designaverit, 1. Paralip. 22. 1. & 28. a v. 11. Eam ob causam sub Davide illa Excelsa arcis nimirum Sion, & Gabaon, haud quia Excelsa ; sed quia hic Tabernaculum, & ibi fœderis Arca, destinata sacrificijs. His patet elogium Davidis, Ezechia & Iosia : equidem præter hos cuncti Reges Iudæ vel sacrificantur, vel permiserunt Excelsa. Ut ergo loca sacra Tabernaculi & Arce honorarentur ex iure, David Summam divisit Pontificatum : ita ut Abiathar Ministerium obtineret coram Arca in Ierusalem ; & Sadoc in Tabernaculo quod fixum in Gabaon.

16 Sic ergo præscribitur : Divisit eos David, id est, Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar. Ex isthac Pontificatus divisione, præter num. 11. expressa, alia & graviora insurgunt incommoda : igitur quæcumque a lege decreta penitus patent irrita : & quæcumque ab hac constitutione pendente, omnino dubia : siquidem Israelitæ ambigere quibant, uter illorum in legis questionibus adendum ; uti præscribitur, Deuter. 17. 9. Instructo primo Pontifice Aarone ac sacro, dicitur Exod. 29. a v. 29. Vestem sanctam, qua utetur Aäron, habebunt filij eius post eum, ut unganitur in ea, & consecrentur manus eorum : septem diebus utetur illis, qui Pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius : & Levitic. 6. 22. Offeret Sacerdos, qui iure patri successerit. Quæ de causa moriens Aäron nudatur veste sacra, qua induitur hæres Pontificatus Eleazarus filius eius : Numer. 20. a v. 26. Expiatio sanctuarij erat necessaria, equidem Levitic. 16. 32. præscribitur : Expiabit autem Sacerdos, qui unctus fuerit, ut sacerdotio fungatur pro patre suo. Expiatio utique quotannis signata ; verum duobus Pontificibus, ignotum, à quo faciendâ. Similiter Numer. 35. 25. de innocio sanguine, est secuta necesse, decernitur : Manebit ibi (in civitate nempe refugij) donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur. Si duo existant, utrius mortem expectabit, ut profugus in propria revertatur? Haud maior causa unius, quam alterius.

17 His non obstantibus inconcussam apud PP. & Expositores, divinâ inspiratione, ac dispensatione Davidem Pontificatum dividisse ; sicut concessum à Deo, pisco permanente, novum Arce Tabernaculum erigere. Hinc ne contentio esset in ministrarijs, & confusio in Sanctuarij ministris, divisit eos David : id est, Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar (filiorum Aäron) secundum vices suas. & ministrarium. Pende in propositum Ministerium & vices : igitur si aliquod solius Pontificis ministerium, per vices à singulis gerebatur. Unde functio expiationis Sanctuarij illum spectabat, cui illa in hebdomade ministratio successiva obtigerat. Ita alij sacerdotum ministrabant per vices, de quibus ibidem : etiamque Levitæ & ministri alij, de quorum ritu, dicitur, 4. Reg. 11. 9. Qui ingrediebantur Sabbatum, cum his qui egrediebantur Sabbato : & 1. Paralip. 9. 25. Veniebant in Sabbatis suis de tempore usque ad tempus. Summus autem Sacerdos, ni ultro vellet, essetque cordi ; haud ministerijs quotidianis præfens erat, nisi Sabbato, calendis, alijsque solemnitatibus. Hac igitur divisione excusabatur electio Vicarij Pontificis crebra in Israël, ne forsitan quia impurus acquiret expiationem obire. Postum in more fuit (ait Maimonides ubi supr. cap. 1.) ut Pontifici constituerent quendam alium Pontificem : nam si quid ei contigisset, quo impuratus videretur, alter ille vice eius rem sacram faciebat. Ceterum Vicario huic, qui pro illo in adyta ibat, non opus initiatione fuit, sive contaminari Pontificem ante iuge sacrificium matutinum, sive post oblationes peractas contigisset. Quam primam autem diei Expiationum præterisset, prior ille redibat ad munia sua : Vicarius autem se abdicabat. Quod si prior moriebatur, alter ille in eius locum substitutus. Eventum refert Iosephus Matthia Pontificatu (ait lib. 17. Antiq. cap. 8.) accidit, etiam alium Pontificem ad unam diem substitui, quæ Iudæi populariter ieiunium celebrant : nam Matthias ea nocte, quæ præcedebat diem ieiunij, visus est sibi per somnium cum uxore ingredi : & cum ob hoc ad rem divinam faciendam, non esset idoneus, Iosephus Ellemi filius adiutor vicarius propter cognationem ei datus est.

De-

18 De veste angusta Sacerdotis Maximi inter utrunque nulla poterat esse discussio : quippe cum in exedra singillatim ad hoc deputata custodiretur ; cui obituro ministerium illud, erogabatur. Post servata fuit in adicula templi, quæ dicebatur Pontificis conclave : Cuneus de Hebr. Republ. lib. 2. cap. 3. Ducatu Afamonorum obferata turri fortissimâ, quam decursu temporis Herodes Antoniam vocavit in blaudimen Marci Antonij Triumphum, cum quo maxima necessitudo. Ita pergloriosum fuit, illam vestem custodire ; ut Romani sibi vi honorem vindicaverint, expulsi Sacerdotibus, ac post à Casare confirmato privilegio. Accitis Pontificibus, & Hierosolymorum primatibus (inquit Iosephus de Fœdo Claudij Imp. procuratore lib. 20. cap. 1. mandatum Cesaris eis exhibuit, ut talarem tunicam, & Sacerdotalem stolam, quam solum summum Pontificem induere fas est, in castellum Antoniam deponerent ; ut esset in Romanorum potestate, quemadmodum olim fuerat. Hocine scilicet, gratiæ ac benevolentia munere erga Agrippam, revocavit Claudius, iubens Pontificalem stolam & coronam servari à sacerdotibus ; sicut pridem Vitellius Syria Præfens illis lubridè concesserat. Cuncta refert Iosephus lib. 18. cap. 6. Stola cum omni ornatu Pontificio permittit in templo asseruari à Sacerdotibus, quemadmodum olim hoc ius habuerant : sed eo tempore deponebatur in castello Antonia, ob hanc causam : Hyrcanus Pontifex eius nominis primus, extractâ prope templum turri, degebat in eâ maiorem tethoris partem, & quoniam hanc stolam habebat in sua custodia, quæ nemo præter illum utebatur, receptarius privatum habitum, eo loci illam deponeret. Idem mox fuit etiam successoribus ipsorum posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc oportuno loco sitam, magno sumptu exadificatam denominavit ab amico Antonio : ut stola, ita ut ibi reperita est, detinuit ; ratus eò magis obnoxium se habitantem populo, Romani simul & Pontificis stolla possessionem nacti sunt, in cella ad hoc ipsum structâ reposita & obsegnata sigillo Pontificum atque custodia sacri ararij ; præfecto castelli accendendi ibi lucernam quotidie. Hanc septimo ante festum diei (scilicet Expiationis) præfectus exhibebat Pontifici : qua purificatâ indutus sacrorum tempore, sequenti die rursum eam deponeret in cellam, ubi antea condita fuerat. Id fiebat singulis annis ter ieiunij tempore : nimirum, si scire vis, die 10. Septemb. quo Expiatio : die 15. quo festum Tabernaculorum : & die 22. in quo Collecta, de quo in Ephemerid. Hac de veste Pontificis, ut clareat fœcine, vel duobus in dignitate, longè iurgium esse posse. De libertate fugitivorum ex civitatibus refugij morte Pontificis Maximi ; rationi consentaneum asserere, rem tanti momenti, frequentemque in vasta illa ditione (cùm mors casualis usquequaque occurrat) legibus stabilitam : nec prætermittisse indices Sanhedrim prudentissimam cautionem, ne tot homines perirent, modò ab occisi propinquis fortassis invenirentur, & sub specie legis à lege deficerent ; Numer. 35. 26. Quid tunc factum vel sciendum apud Expositores non inveni : si cogitare fas est, arbitor, cuiusvis Sacerdotis Summi obitu fugitivos libertate donari : tum quia gratia amplectenda ; tum quia si ad mortem Summi Sacerdotis libertas præscribitur ; quilibet horum erat summus Sacerdos. Uterlibet profectò præfens in summo Sanhedrim concilio, ut ait Petrus Cuneus ubi supr. cap. 8. & Alapide, apud quem plura congesta in 17. Deuter. vers. 9. Similiter distributio fiebat proventuum annualium ad aequalitatem, de quibus, diximus num. 6.

19 Ex his & ibi dictis oritur questio magnoperè implexa. Numer. 18. sic de Levitis & Sacerdotibus statuitur : Dixit Dominus ad Aäron : In terra eorum nihil possidebitis ; nec habebitis partem inter eos : Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Idem præscribitur Deuter. 18. a v. 1. Quomodo igitur Numer. 35. a v. 2. dicitur : Præcipite filijs Israël, ut dem Levitis (id est, tribui Levi, ex qua Levitæ & Sacerdotes) de possessionibus suis urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum ; ut ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus & iumentis ; Cunctæ civitates fuerunt 48. quæ signantur Iosue, 21. & 1. Paral. 6. a v. 54. signatæ Adrichom. in Levi, num. 6. & Ioseph. 4. Antiq. cap. 4. Deinde : expulso Abiathari à Pontificatu dixit Salomon, 3. Reg. 2. 26. Vade in Anathoth ad agrum tuum. De Ieremia dicitur, cap. 32. 9. quod emerit agrum in Anathoth, civitate sacerdotali : quo pater à Sacerdotibus & Levitis aliqua possideri, habereque partem inter filios Israël. Aliqui cogitant cum Lyrano, urbes, suburbanaque tribui Levi concessa duntaxat ad usum, non quoad dominium directum ; ut patet in Hebron, quæ civitas Sacerdotalis ; 1. Paralip. 6. 55.

Concluse Pontificis. Cuneus.

Ioseph. Vestes Pontificis custodia dicitur à Romanis.

Idem.

Resistita sacerdotibus copia custodiae.

Pontifex præfens Sanhedrim.

Num. 18. 20.

Cap. 35. 22.

Civitates Levitarum & Sacerdotum.

Q917

concessa Caleb in sempiternum: *Iosue*, 14. 14. caterum huiusmodi cogitatio claret si ne fulchro, cum dicatur *Levit.* 25. 33. *Domus urbium Levitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël*, quas iure vendere quibant, quo consistat dominium: quod utique est haberent in suburbana, non poterant vendere, *quia possessio sempiterna* ibid. v. 34. idest, publica, omnium scilicet Levitarum ad pecora pascenda: domus autem non promittitur habitare; sed singulorum erant: qua de causa ipsi Levite in suis urbibus magistratus gerebant, & eligebant; quoniam monstrum, membra Sacra, curaque profanum. Caleb sane concessit agri & vineæ, quæ in territorio erant Hebron, verum civitas & suburbana erant sub dominio Levitarum. Vide *Abulen.* in 35. *Numer.* *quest.* 2. Dom autem dicitur, tribum Levi inter Israëlitas nullam portionem possidere quivisse, intelligendum est de sorte peculiari, qua terra promissionis dedita ceteris tribubus, cum Deus esset hæreditas Levitarum: ideoque exfortes totius regionis divisa. Attamen cum necessarium in cunctis tribubus Levitas & Sacerdotes degere, ut docerent illas, cohiberentque Israelitarum propensionem in idololatriam: iussit Deus dare Levitis in sorte aliorum 48. civitates, ex quibus tredecim ipsi Levite tradiderunt Sacerdotibus, ut ait *Iosue*, 4. *Antiq.* cap. 4. Unde meditante dicitur: *Domus Lev. 25. 33. pro possessionibus sunt inter filios Israël.* Non possessiones, sed pro possessionibus; quia Levite nullam possessionem habebant: & pro possessionibus (quas habituri uti tribus ceteræ, ni altare Domini esset illis in alimentum) datae sunt illis urbes ad habitandum. Ad Serarium in 21. *Iosue*, quæst. 1. Habuit igitur Abiathar agrum in Anathoth, & etiam Ieremias: host est, urbanum prædium, ac ædificium cum orto satis amplo, quod quilibet in suis ædibus colere, ac in propria civitate erigere quibat, & simul ad posteros deveniebat, ut dicitur *Deuteron.* 18. 8. *Quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur.* Ager suburbanus nequibat vendi, ut vidimus supr. Etiam dici potest verè agrum in Anathoth utrumque habuisse (qui namque vendi quibat propinquis) haud quia ex se, præter urbes & suburbana poterant aliquam possessionem habere; sed quia ille ager aliquando à possessore Deo devotus; qui quidem cum redemptus non fuerit, in ius Sacerdotum cedebat. Ita igitur dicitur *Levit.* 27. 21. *Cum tibi venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet Sacerdotum.* Liqueat ergo Levitam vel Sacerdotem agrorum possessionem posse habere, haud ratione fortis, sed sacri officij.

Cur domus, & non suburbana vendere poterant?

Lev. 25. 33.

Quid intelligatur per agrum, si Levite, vel Sacerdotis?

Act. 4. 36. 37. Maimonid.

Quomodo prædicia habere poterant?

Iosue.

Reg. 2. 26 27.

20 Tameñ in terra Israël, domos in habitationem habent Levite & Sacerdotes, decimales & alia in congruam sustentationem; aliquibus placuit, alibi extra terram promissionis potuisse prædia emere ac possidere, uti de Barnaba dicitur, vendidisse agrum, quem in Cypro habebat, cum esset Levites. Favet Maimonides in *Halac. Schemita-Vetobel*, cap. 13. *Videtur* (ait) *omne hoc locum modò habere in illa terra, quæ ex fœderis religione Israëlitis data est, quæque teneretur à filiis eorum, & divisa inter illos fuit: at in alijs religionibus, quas armis subigunt Reges, non deterior est Sacerdotum & Levitarum conditio, quàm ceterorum Hebræorum.* Haud aride nobis huiusmodi placitum, quoniam quique ex tribu Levi, vivere debebant in medio filiorum Israël; & quandiu ita degerent, illis in expensas sufficiebat, quod Deus legibus signaverat. Verum cum series Reipublicæ adventu Chaldæorum, & post exilium, incurfu nationum circumiacentium, in tanta rerum Iudaicarum fursum ac deorsum euntium mutatione, omnino perturbaretur; perperamque possent Levitas decimis alere, qui nec fructus sibi quibant habere; unusquis sibi consulebat; & quod poterat agrum in victum comparabat. Hinc derogata lege bellis & cladibus, quæ præmebat in decimas Levitarum, integræ Republicæ Iudæorum; singuli Levitici aut Sacerdotalis generis extra vel in Iudæa sibi providebant de necessarijs ad vitam, ut claret ex agro Barnabæ in Cypro, vel ut aptius dicam, in ipsa Palestina; quippe ille dicitur Cyprus, & non ager: etiam de se refert Iosuephus in propria *Vita* in fine. *Compositi Iudææ rebus, Titus* (ait) *consiciens, rus quod habebam iuxta Hierosolyma, mibi fore inutile propter milites Romanos, qui ibi relinquendi erant ad regionis custodiam; alia prædicia mibi donavit in Campescribus.* Aliter usonebant sub Sedecia & Salomone proprijs Hebræorum regibus: igitur illotunc non habebant Sacerdotes & Levite possessionem ullam in Israël, præter dicta *numer.* anteced. sicque Abiathar remisit Salomoni depositum publico munere in agrum (scilicet, domum suam) in Anathoth. Verum dices: Quomodo si remotus à Pontificatu, describitur, v. 26. & pro illo Sadoc constitutus, v. 35; dicitur cap. 4. 4. *Sadoc & Abiathar Sacerdotes*, sicut sub patre David

vidi? Assiqui autem, hic cap. 4. fieri anacephalozom, seu epilogum magistratum tam David, quàm Salomonis, eo tempore quo Salomon successit patri, fato iam functo: ideoque Sadoc & Abiathar numerari Pontifices, quia sic tempore David, & dum Salomon ingressus in regnum. Mihi placet sententia Procopij, asserentis Abiathar revocatum ab exilio, ut fungeretur Summo Pontificatu cum Sadoc, à Salomone: causam addit Caietan. hic. *Quam ob causam Abiathar esset dignus morte, nullibi invenio; adiuvissa enim Adoniam, antequam Rex David promulgasset Salomonem in Regem, non erat dignum morte, eo quòd adiuvabat eum, qui ius primogeniti habebat.* Salomon ergo facti præcipitis respiciens, Abiatharem ab Anathoth advocavit, ut cum Sadoc sicut pridem sacerdotium Maximum exerceret. Vel dici quit, decretum exilij expeditum, sed intercessione familiarum, vel perpensa ferio causâ, sine effectu revocatum.

Factum dicitur, quod fieri coepit. Caietan.

Vices Sacerdotum in Sanctuario.

Parentes pro filijs signantur aliquando.

Maimonid.

Reg. 2. 27

Reverari pro sacerdotibus.

Verf. 30.

Numer. 25. 12.

Promissiones que videtur absolute, sunt conditionales etc.

21 Sic igitur in utraque familia filiorum Aâron fuit perpetuo sacerdotium; Maximum autem ad tempus in hac vel illa familia: quo intelliges sanequàm illud, *Numer.* 3. 4. *Functi sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aârone patre suo.* Idem dicitur, 1. *Paralip.* 24. 2. additurque: *& divisit eos David.* Hic non pro personis, sicut in priori textu, accipienda sunt nomina; sed pro familijs sacerdotibus: qua de re subditur: *Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar, secundum vices suas & ministerium:* quippe ex utraque familia sacerdotes, altari servientes & per vices; sed Pontificatus Summus aliquando in familia Ithamar, aliquando in familia Eleazari. In hac usque in ingressu Heli: in illa usque ingressus est Sadoc; permanente nonnumquam utraque familia, five sub hoc five sub illo, in ordinatio cunctis filijs Aâron destinata ministerio. Patet, quippequàm mîsîs sortibus sub Davide v. 6. dicitur: *Unam domum, quæ cætris præerat, Eleazar: & alteram domum, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar:* qui aliquot retrò sæculis fato functi. Utrique familiæ sub nomine Ithamar & Eleazari, præerat Summus Pontifex, qui profectò haud numerandus in his iactis quatuor supra viginti sortibus. *Non enim* (ait Maimonid. in *Halacha Cele-Ham-mikdash*, cap. 5.) *in ordinem cogebatur, neque vices, stationesque observabat.* Unde loc. cit. v. 19. iungitur: *Ha vices eorum secundum ministeria sua, ut ingrediantur domum Domini iuxta ritum suum sub manu Aâron, patris eorum:* hoc est, sub manu Summi Sacerdotis, filij Aâron, qui cunctis præerat. Dicitur autem de utraque familia sacerdotium, ob viginti quatuor vices (alternis scilicet successione in Dei cultum per hebdomadas) in quæis octo capita familiarum, seu octo familiæ erant ex Ithamar; sexdecim verò ex Eleazaro: ibid. v. 4. ita ut singulis, hebdomadem unam facris ministrantibus; post centesimum sexagesimum octavum diem ordo rediret ad ministerium.

22 Ex his constat materia nostræ Tautologiæ. A Domino enim dicitur Heli: *Aperit revelatus sum domui patris tui, cum esset in Agypto in domo Pharaonis. Revelatus sum:* hoc est, favi, ostendi faciem meam, & simul gratiam; in electione Aâronis adhuc sub iugo Agyptiaco (ut comitaretur fratrem) quem mox conlitoi summum Sacerdotem, succedentibus filijs in munere ac dignitate: quin etiam propter scelera ademi removens Pontificatum, haud substulit sacerdotium: quandoquidem Pontifex Heli, filij Eleazari serviebat altari; & filij Ithamar post mortem Abiathar, ingrediente in Summum Pontificatum Sadoc. Ita igitur vel falsiditus Dominus peccatis Ophni & Phineës, filiorum Heli, huc v. 31. dicit: *Ecce dies veniunt, & prædium brachium tuum: & videbis emulum tuum in templo; in universis prosperis Israël: veritatem non auferam penitis virum ex te ab altari meo.* Hæc materia: recitat modò argumentum Tautologiæ. *Loquens locutus sum* (dicit Dominus) *ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum: nunc autem, absit hoc à me.* Quomodo, si qua procedunt de ore Dei non sunt irrita; & in Sempiternum Heli & eius patri promissit Pontificatum, simulque derivandum in posteros; modò minatur, à Summo Sacerdotio privatum, & concessum iri æmulis; nimirum Eleazari familiæ? Idipsummet dubium occurrit diluendum de familia Eleazari: etenim post illustre Phineës, Eleazari filij, facinus, demonstrato zelo Dei iustissis adulteris in initiatione Beelphegor; dicit Dominus Moyse: *Loquere ad eum: Ecce do ei partem fœderis mei: & erit tam ipse, quàm semini eius partem Sacerdotij sempiternum.* Non utique in sempiternum, siquidem ut vidimus Pontifex constitutus Heli, de familia Ithamar: Similiter in perpetuitate familiæ Ithamar promissa, igitur sub Salomone

electus summus Sacerdos Sadoc. Utique utrique familiæ promissio conditionata; quatenus omnino staret, modo filij exacte munere fungerentur. Si conditio subsumpta fuisset apposita, essent officia in nepotibus perpetua.

23 Promissiones aliquando in Scriptura, ni conceptis verbis proferantur, sub conditione subintellecta proponuntur, quæ conditio alicubi solet exprimi, uti cum dicitur Sauli, 1. Reg. 13. Si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternam. Iuxta præsentem iustitiam promissit, & etiam iuxta præsentem iustitiam promissionem revocavit; quo claret promissio conditionata: de quo agemus, Tom. 6. Tautolog. 2. Iceirco apud Ieremiam dixit Dominus: Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam; agam ego penitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Si fecerit malum in oculis meis, penitentiam agam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei. Frequenter enim promissiones absolute exponuntur in Biblia cum iuramento. Patet, dum iuravit Dominus, haud ultra induendum diluivum iuramentum. Psal. 54. 9. Similiter Abraham & Davidi Mesiæ promissio: Genes. 22. 16. 18. Psal. 131. 11. sic igitur Isai. 7. 14. Achaz repugnantè accipere pignus in libertatem, dicitur: Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium. Non secus Psal. 88. 36. Semel iuravi in sancto meo (idest, irrevocabiliter, immutabiliter, in media Ecclesia, solemniter: Genebrard. hic) Si David mentiar (Si pro Non, Nunquam, Nequaquam, ut sæpe alibi, uti fusc dixi, Tom. 2. T. 11. numer. 24. & 25.) Semen eius in æternum manebit: & 2. Reg. 7. 16. Fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iugiter. At occurrit Antilogia in contradictione sententiarum. Inter quas protulit David, iam iam obiturus filio Salomoni; monet, toto corde incumbere legi, ut Deus confrimet sermones suos, quos locutus est: Si custodierint filij tui vias suas, & ambulaverint coram me in veritate in omni corde suo, & in omni anima sua; non auferetur tibi vir de solio Israël. Particula Si conditionem in promissis exponit: quo pacto erit verum iuramentum, Thronus eius in æternum manebit? Quomodo intelligendum, supposita hæcine legum observantia conditione, quod absolute promissum etiam sine custodia iuris, & fracta lege? Videris Psal. præfat. à v. 31. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulaverint, &c. visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo. (Bibl. Antiq. Decipiam) in veritate mea. Gravis utique nodus: nihilominus facilis contrariorum concordia. Absolute, ideoque cum iuramento facta Davidi & posteris de solio in æternum promissio; verum nequaquam super totum Israël: qua de causa, cum sicine regnum esset conditionatum, ob Salomonis scandala, sub Roboam, divisum est regnum, ac in tribum transtulit Ephraim. Si respiciat in thronum, semper filij regnarunt David, quod illi absolute concessum; quoniam etsi peccaverint filij eius, misericordiam Deus amavit: siquidem duas tribus reliquit in regnum, quanquam visitaverit in verberibus illorum peccata, removens decem à iugo: de quo, quia glomerata, difficilis questio; agemus suo loco Tom. 6. Tautolog. 4. ad illud 3. Reg. 11. 11. Disrumpens scindam. Liqueat ex collatione Saulis & Davidis à Deo ibid. facta, v. 15. Misericordiam autem meam non auferam ab eo. (Misericordia hic, idem quod Hispan. Atencion) sicut abstuli à Saul, quem amovisti à facie mea. Saul, sicut & David, toti præfuit Israël; sicut ita à Domino reprobus abiectus, ut filij (& inter illos insignis, patri dissimilis Ionathas) nec minimam, nisi ad breve tempus partem possiderent regni. Filij verò David etsi delinquentes in solio manserunt semper, etsi non semper in omni Israëlita ditione: quo constat quid absolutum, & quid respectivum in divina de regno promissione intercesserit. Abolutum ergo regnum, conditionatum veruntamen regnum totum: quo amice coheres ly Si custodierint & si dereliquerint. Dum ibid. dicitur: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium; ostenditur liquidò conditio de regno, quippe sine nota comparationis obijctur comparatio. Q. d. Si ille filius, utique me invenit gratia ac benevolentia patrem: si vero, nec ego pater. Non filij eius in sordibus: Deuter. 32. 5. Quia vos non populus meus, & ego non ero vester: Osee, 1. 9. Splendet fulgurans, ni fallor, cogitatio, 2. Paralip. 13. 5. ubi Abia, Num ignoratis (inquit) quod Dominus Deus Israël dederit regnum David super Israël in sempiternum ipsi & filijs eius in pactum salis? Quid sit pactum salis dicemas Tautolog. 9. à numer. 60. modò

Ierem. 18. à v. 8.

Ni iuramento firmetur.

Psal. 88. 36.

Genebrard. Si pro Non.

3. Reg. 2. 4. Si particula conditionalis.

Psal. 88. à v. 31.

Regnum posterius David quomodo promissum conditionis. Et abolutum.

2. Reg. 7. 15

Vers. 14. Comparatio sine nota.

2. Paralip. 13. 5.

Quid pactum salis?

in propositum ex sola voce. In pactum salis, hoc scilicet, conditionatè, quasi cum grano salis, quasi aperte dixerint promissiones: Si custodierint filij tui testamentum meum. Non aliter accipiendæ, quæ factæ & Phinees & Heli de Summo Pontificatu: si custodierint, nimirum, filij ipsorum, testimonia Dei, super sedem patrum sedebunt. Si non æterna, in æternum sedes promissa; promissio sanequam conditionata: ita ut quæ divina oracula sponderent, dignarorum peccata propudiosè dirimerent.

24 Etiam dicere posuimus Sempiternum non semper in Scriptura extendi in omnem quasi æternam durationem; sed tantum in longum, diuturnum tempus: ut illud Psal. 104. 10. Statuit illud Israël in testamentum æternum dicens: Tibi dabo terram Chanaan, &c. Isai. 24. 5. Dissipaverunt fœdus sempiternum. Exod. 12. 14. Cultu sempiterno: & usquequaque, Legitimum sempiternum, hoc est in longum tempus, vel à longo tempore retrò, ut illud Genes. 6. 4. Potentes à sæculo. Isai. 64. 4. A sæculo non audiverunt: & Ioan. 9. 32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos caeci nati. Idem intelligendum de vocibus, Non ultra, Non amplius, In seculum sæculi, In generationem & generationem, in mille generationes: igitur vel diuturnum tempus, uti diximus, significatur: Genes. 17. 8. Dabo tibi & seminii tuo omnem terram Chanaan in possessionem æternam: quasi in longissimum tempus. Exod. 21. 6. Erit ei servus in seculum: utque ad annum, scilicet, Iubilæi. Vel exprimitur continuatio; ut Psal. 15. 8. In conspectu meo semper: idest, frequenter. Idem Psal. 39. 12. 17. & 50. 5. Mille generationes: Psal. 104. 8. Crescas in mille millia: Genes. 24. 60. Custodiam legem tuam semper, in seculum & in seculum sæculi: Psal. 118. 44. Voces hyperbolicae sunt, sicut illud Moysis Exod. 15. 18. In æternum & ultra. Vernaculè: Para sempre jamás, mas allá del fin. Particula Non ultra non semper exclamativa est, signatque aliquando Non ita ut antea. Isai. 62. 4. Non vocaberis ultra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata. Ubi ut vides Non ultra, Non amplius, idem est, ac Non ut pridem. Pariter cap. 2. 4. Nec exercebuntur ultra ad prælium. Genes. 35. 10. Non vocaberis ultra Iacob (ultra sicut antea) sed Israël erit nomen tuum. Quo intelligit illud 4. Reg. 6. 23. & ultra non venerunt latrones (nempe, milites, de quo, Tom. 8. Tautol. 8.) Syria in terram Israël; cum v. 24. Iubdatur: Fœdum est autem post hæc, congregavit Rex Syria universum exercitum suum, & ascendit & obsidebat Samariam. Non ultra venerunt, etsi venerunt; quippe non eadem felicitate in incursionibus, qua prius: etenim vel trucidabantur, vel revertebantur per iter, quo venerant. Nostra dialectò: Con las manos en la cabeza. Vel venerunt, sed enim haec ita frequenter, ut veniebant prius, Elige, quod mavis. Ultra & ultra filij Phinees & Heli primatum Sacerdotij possiderent in Sanctuario, quippe Pontificatus utrique familiæ à Deo promissus in sempiternum: at sempiternum intelligi congruit per tempus diuturnum, sicut vel Ethnicus dicit, lib. 1. Epist. 10. v. 4. 1. Serviet æternum, qui parvo nesciet uti

Et Propertius lib. 3. Eleg. 2. v. 24. Æternum opus. Si absolute promississet, ipsi immutabiliter essent sacerdotes.

Et natiatorum & qui nascuntur ab illis, Quandiu durasset Synagoga: caterum quia propter illorum corruptelam frustrata conditio, suppositione cuius esset pactum sempiternum; Ly sempiternum dantaxat connotavit longam utriusque familiæ propagationem, in quibus per diuturnum tempus solem esset Sacerdotij Summi; uti fuit in prima, usque ad Heli, ac in secunda, usque ad Sadoc. Hocine profectò, quod Dominus dicit Heli: Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo.

25 Modo agendum de verborum forma, in qua etiam dilucebant præfata in materiam argumenta. Loqui hic non sumendum rhetoricè, quod dicitur dicere; præter locutio ornata, omnibus numeris eloquentiæ absoluta, ubi immutatio, dispositio & ordo, & relatio, & digressio & circumscriptio: ut ait Quintilian. lib. 9. Institut. Orator. cap. 1. nec pro proferre qualibet, & qualiacunque verba: nec quatenus dicere artificiosè fiat, & loqui sit à natura; quippe rationali debetur sermocinatio, unde ad illud Genes. 2. 7. Factus in animam viventem; pro rationalitatis expressione legit Chald. Factus est homo in animam loquentem: sed tantum sumendum pro actu dicentis; quippequam dicere est actus locutionis: distinguitur utique in Hebræo verbum Amar, quod est dicere, à verbo Dabar, quod est loqui. Illud significat actum dicendi; idest per veram verbi interni enuntiationem: hoc proferre verba & voces quoad Tom. V. R r fo-

Pf. 131. 12.

Sempiternum pro longa diuturnitate temporis.

Idem, A seculo, Non Ultra, &c.

Semper pro frequenter.

Quid, In seculum sæculi, & Mille millia? Non ultra pro Non ut pridem, vel Prius. 4. Reg. 6. 23

Pro Raro, vel Non ita frequenter.

Horat.

Virgil.

1. Reg. 2. 30

Quid loqui & dicere?

Chald.